

In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu christi Imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno vicesimo primo: sed et romano et christoforo eius filio magnis imperatoribus anno octavo die undecima mensis octobris indictione secunda neapolim. Certum est me stephanum qui super nomen mannociolum havitorem in loco qui vocatur pumilianum massa atellana presenti die promptissima voluntate promitto tibi mauro colono genitori meo: propter quod tu liberis (1) constituistis uviseltruda et rosa seu leonem famulas et famulo tuo quos a saracenos (2) comparatos habere videntur quatenus post tuum transitum liberis et absolutis permaneant illis et heredes illorum per firmissima chartula liberationis cum omnia quantum ad eis dimittere spondidisti ad tuum transitum sicuti memorata firmissima chartula liberationis illorum continere videntur: primum omnium promitto tibi memorato mauro colono genitori meo ut a nunc et deinceps numquam presummo ego vel mei heredes aut habeamus licentiam memorata uviseltruda et rosa seu leone famulas et famulo tuo et heredes illorum per quaecumque modum servitutis querere neque de omnia quantum ad eis relinquere spondidisti sicuti ad eis continere videtur memorata firmissima chartula liberationis quam tu ad eis fecistis sed post tuum transitum illis et heredes eorum liberis et absolutis permaneant cum omnia quantum ad eis relinquere spondidisti sine omni mea heredumque meorum querellam in perpetuum; Insuper promitto tibi ut a modo et cunctis diebus vite tue omni annue tibi memorato mauro domino et genitori meo facere promitto sex operas ad manum tres vero bernoticas et una in

Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno ventesimo primo di impero del signore nostro Costantino grande imperatore ma anche nell'anno ottavo di Romano e Cristoforo suo figlio, grandi imperatori, nel giorno undicesimo del mese di ottobre, seconda indizione, **neapolim**. Certo è che io Stefano soprannominato **mannociolum**, abitante nel luogo chiamato **pumilianum** massa **atellana**, dal giorno presente con prontissima volontà prometto a te Mauro, colono, mio genitore, giacché tu mediante un fermissimo atto di liberazione rendesti liberi Uviseltruda e Rosa ed anche Leone, serve e servo tuo, che risultano tu hai comprato dai saraceni, affinché quelli ed i loro eredi rimanessero dopo il tuo trapasso liberi e senza legami con tutte quante le cose che promettesti di lasciare a loro alla tua dipartita come risulta contenere il menzionato fermissimo atto della loro affrancazione, prima di tutto prometto a te anzidetto Mauro colono genitore mio che da ora e d'ora innanzi mai oserò io o i miei eredi o avremo licenza in qualsiasi modo di pretendere servitù dalla anzidetta Uviseltruda e da Rosa e anche da Leone, serve e servo tuo, e dai loro eredi e di tutte le cose che promettesti di lasciare a loro, come per loro appare contenuto nel predetto fermissimo atto di liberazione che tu a loro facesti, ma dopo la tua dipartita quelli ed i loro eredi rimangano liberi e sciolti da ogni vincolo con tutte quante le cose che promettesti di lasciare a loro senza qualsiasi lagnanza mia o dei miei eredi in perpetuo. Inoltre prometto a te, da ora e per tutti i giorni della tua vita, ogni anno a te menzionato domino Mauro genitore mio di fare sei giornate di lavoro manuale, invero tre d'inverno e una nel mese di maggio e una per la mietitura e un'altra per la vendemmia senza mancare

magio mense et una ad metere et alia ad vendemiare nulla tibi omni annue cunctis diebus vite tue mittentes occasionem; si autem et contra hanc chartulam securitatis promissionisque ut super legitur ego vel mei heredes venire presumpserimus et in aliquid offenderimus per quovis modum aut summissa personam aut si minime cunctis diebus vite tue tibi fecero memoratas sex operas ad manum qualiter superius tibi promisi tunc conpono tibi et ad memorata uviseltruda et ad predicta rosa seu et ad memoratum leonem et ad illorum heredibus post tuum transitum liberis in omnibus confirmatis ego et mei heredes componere spondimus auri solidos triginta sex bytianteos et hec securitas ut super legitur firmam permaneant in perpetuum; scriptam per manum Iohanni curialis et scriniarii per indictione memorata secunda.

Hoc signum ✕ manus memorati stephani qui super nomen mannociolum qui omnia memorata consentiens et testes ut subscriberent rogo quod ego qui memoratus pro eum subscripsi.

✕ Ego leo filius domini theofilacti rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi ✕

✕ ΕΓΩ ΘΕΟΔΩΡΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΒΙΤΑΛΙ ΚΟΜ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α CCTO CTEΦΑΝΟ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ✕

✕ Ego sergius filius domini Iohannis rogatus a suprascripto stefano testi subscripsi

✕ Ego Iohannes curialis et scriniarius percomplevi et absolvi per memorata secunda indictione.

alcun anno per tutti i giorni della tua vita. Se poi io o i miei eredi osassimo contrastare questo atto di garanzia e di promessa come sopra si legge e in qualche modo arrecassimo offesa in qualsiasi modo o tramite persona subordinata o se per niente in tutti i giorni della tua vita farò le predette sei giornate di lavoro manuale come sopra a te promisi, allora pago una ammenda a te ed alla suddetta Uviseltruda e alla predetta Rosa ed anche al predetto Leone ed ai loro eredi, dopo la tua morte confermati liberi in ogni cosa, ed io ed i miei eredi ci impegniamo a pagare trentasei solidi aurei di Bisanzio e questa garanzia, come sopra si legge, rimanga ferma per sempre, scritta per mano di Giovanni curiale e scriniario per la suddetta seconda indizione.

Questo è il segno ✕ della mano del menzionato Stefano soprannominato **mannociolum**, che assentendo tutte le cose anzidette richiese ai testimoni di sottoscrivere, il che io anzidetto sottoscrissi per lui.

✕ Io Leone, figlio di domino Teofilatto, pregato dal soprascritto Stefano, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Teodoro, figlio di domino **bitali** conte, pregato dal soprascritto Stefano, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Sergio, figlio di domino Giovanni, pregato dal soprascritto Stefano come teste sottoscrissi.

✕ Io Giovanni, curiale e scriniario, completai e perfezionai per la menzionata seconda indizione.

Note:

(1) Documentum hoc in mentem procul dubio revocat saevum illum, ac detestabilem morem, quo maiores nostri caeterarum fere omnium gentium exemplum secuti iura unicuique hominum a natura tributa conculcarunt. Verum meminisse insimul iuvat, quod evangelicae posthac doctrinae, ac summorum Pontificum praescriptiones, etsi genus illud immanitatis omnino evellere nequiverint, tamen durae servorum conditioni amplius levaminis attulerunt, quam leges olim pro mancipiis apud Romanos latae. Hinc nostri praesertim Neapolitae non modo singularem exserebant humanitatem in servos, sive *famulos*, ut in praesenti membrana dicti occurrunt, verum etiam libertate eos quam saepissime donabant, quod

profecto testantur cum plurima alia documenta, tum *chartula liberationis* in nostro hoc instrumento memorata, quae vices obiit eorum manumissionis rituum, quos italicas inter antiquitates recensuit Muratorius. (*T. I. diss. XV. p. 842 et seqq.*)

(2) De tempore, quo primum nostris appulerunt oris Saraceni, scriptores quidem inter se dissident. Plerisque tamen opinio est ineunte saeculo IX. hosce christiani nominis hostes huc adventasse, cum scilicet neapolitanus Dux Andreas ipsos e Sicilia arcessivit, ut sibi bellum adversus beneventanum Principem Siconem gerenti opitulantur. Pluries dehinc vastationem, cladesque nostris provinciis intulerunt modo sponte sua prouentes, modo acciti ab earumdem Rectoribus, qui acerrimis invicem simulatibus digladiabantur. Verum inter caeteros Saracenorum adventus aerumnosissimus habetur ille, quo genus hoc hominum immanissimorum abeunte saeculo IX. apud Lirim consedit, unde non modo nostratibus, sed Christianis universis miserrima omnia minitabantur, ac plerosque bello captos luctuosam in servitute adigebat. Ab hisce Saracenis fortasse empti fuerant famuli, quos in libertatem vindicatum iri hoc instrumento filius parenti cavet.